

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei

... Archiepiscopo Livonie ac Prusie

Salutem et Apostolicam Benedictionem

De Cathedrali Ecclesia erigenda
atque dotanda a Rege Lithoviae

Carissimus in Christo filius noster... Illustris Rex Litho-
vie de novo conversus ad cultum fidei christiane
ferventer in voto gerere dicitur, quod episcopalis
Sedes in suis partibus habeatur, maxime cum ipse
Cathedralem Ecclesiam in expensis suis de novo
erigere sit paratus, ac ipsam dotare magnifice pro
Dei gloria et honore. Nos itaque piis eius deside-
riis annuentes, fraternitati tue, de qua in Domi-
no fiduciam specialem gerimus, per apostolica
scripta mandamus, quatenus personam providam
et honestam, ac spiritualibus, et temporalibus

circumspectam, que sit accepto dicto Regi, cum
super hoc ab ipso requisitus extiteris, eidem
Ecclesie auctoritate nostra preficias in Epi-
scopum et pastorem, et associatis duobus, vel
tribus concivinis Episcopis, ei munus consecra-
tionis impendas, faciens sibi a subditis obe-
dientie et reverentie debitum exhiberi. Con-
tra recepturus ab eo postmodum pro nobis
et Ecclesia Romana fidelitatis solite iura-
mentum, iuxta formam, quam tibi subit-
la nostra mittimus interclusam. Formam
autem iuramenti, quod ipse prestabit, de
verbo ad verbum per eius patentes litteras,
suo sigillo signatas, nobis per proprium nun-
tium quantocius destinare procures. Nos enim
nihilominus irritum decernimus et inane, si

quid super hoc contra mandati nostri tenorem
contigerit attemptari. Datum Apisii octavo No-
lendas Julii, anno X.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto Literarum
aplicarum f. r. Innocentii PP. IV, An. X. ep. 788, quod adser-
vatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
hic me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam e Tabulariis praefatis IX. Kal. Junii MDCCCLXXXVII,
Indictione X. Pontificatus vero S^mi in Christo Patris et Do-
mini nostri, Dⁿi Gregorii div. prov. PP. XVI. An. VII.



M. Marini
Tabular. S. R. E. Praefectus

quod super hoc cartis mandati recte tenentur
certificari et attestari. Datum Romae die 10.
mensis Martii Anno X. Pontificatus Nostri.

Rescriptum de re capitulum ex antiquo scripto litterarum
apostolicarum f. r. Innocentii PP. IV. die X. m. 188. quod dicitur
veteri in indubio conseruatis litterarum. Insuper fides
hic me testatur et alia super scriptis.

Datum. Subdatus prefatus. At. Anno MDCCLXXXVII.
Indictione X. Pontificatus Nostri in diebus Octidis et 20.
nonas. Die Martis. Pontificatus Nostri. Anno VII.

